

huius firmiter permanere. Da michi in te ciues eius
feliciter videre videndo amare amando gaudere et
ita meipsum acceptum tibi sacrificium et holocaustum

44

Domine ihesu xpe qui es verus offerre
rex glorie rectorque sancte iusticie iherusa
le ciuitatis superne cum ea que de te et gloriosa
ciuitate tua dicta sunt audio nimirum ad eam tecum
peruenire desidero. Ideo postquam multa in precedentibus
psalmis dixerim de timore pene et dolore culpe de
spe venie et de amore spiritualis iudicie. Restat
ut aliquid dicturus sim de desiderio gloriose tue ciui
tatis iherusalem et patrie celestis. Non enim habe
mus ut ait apostolus hic ciuitatem manentem sed illam futu
ram inquirimus et ad eam ingredi festinare debemus
Hanc itaque desiderans ad eam que festinans suspiran
do clamare et suspirare clamando opellor dicens
Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te ve
niat. Congruum michi huius psalmi titulum. Intitula
tur namque oratio pauperis cum anxietate et in conspectu
domini effudit precem suam. Ego namque pauper et
inops in via penitus miserie ut si diues in patria
celestis glorie feruenti estu atque desiderio anxior et
propterea anxius oro et precem meam in conspectu tuo hu
militer effundo. Ideo exaudi orationem meam domine et
clamorem meum. Nam enim propter animi magnam anxie
tatem oratio recidit in clamorem. Orans enim clamo
Deum me quod incolatus meus prolongatus est. heu